

1

S. Clercian.

I. N. J.

TRIA SOLENNIA

in Ecclesia Mühlhusina

cum Deo & die

Anno 1708. peragenda

253.

I.

CONCIONES CIRCULARES;

II.

SYNODUM MINISTERIALEM,

die 17. Julii celebrandam,

III.

DIES IV. POENITENTIALES. PLURIMUM REVERENDIS ATQUE CLARISSIMIS VERBI DIVINI MINISTRIS,

in Urbe & Territorio

Lib. atque Imperialis Civitatis

MULHUSINÆ

CHRISTO SERVENTIBUS,


hac charta interprete

intimat

D. JOH. ADOLPH FROHNIIUS, Past. Prim,
& Superint, Confist. Ass. & Scholarum
Inspector.

S. Clercian.

MULHUSII
typis Tobiz Davidis Brückneri,
Anno 1708.



3.

I. N. 3.
**VIRI FRATRES IN CHRISTO HONORATISSIMI,
 DILECTISSIMI.**

Prum, pérantiquum & laudabile est institutum, qvod singulis trienniis, Verbi Divini Ministris in Agro Mülhusino sacra obeuntibus Circulares Conciones in Civitate habendas injungit. Originem illud trahit a B. M. *Sebastiano Starckio*, Misenensi Mishico. Hic, a Pastoratu Greiffensi ad Ephoriā Mülhusinam anno 1575 mense Februario vocatus, sine prolixa procrastinatione & mora opus Domini fortiter aggredi coepit, & qvīc qvid ex parte tam Docentium, quam Discentium ad ædificationem Ecclesiae nostræ facere judicabat, sollicite disposuit & salutariter, adjuvante Deo, instituit. Inter illa etiam est ordinatio laudatissima, qva Christi Servos, extra urbem in territorio Mülhusino Oviculas Domini pascentes, ad Conciones in Urbe certis temporibus habendas invitavit & hortatus est, qvos etiā habuit obsequentes & ad sanctum hunc laborem promtos & paratos. Idea Epistolæ, quam prima vice hoc in negotio ad Pastores anno 1575. die 28. Aprilis dedit, quam qve in ACTIS MINISTERIALIBUS post se reliquit, hæc est:

Venerabilipietate & Doctrina Viris, Gregis Christi in pagis Pastoribus fidelibus, & in Christo fratribus dilectis suis Dei gratiam & pacem in Christo, per passionem & mortem gloriose & regnante.

Qvam sit in Ecclesiae gubernatione donum pulcherrimum, & maximorum bonorum fons & origo Fratrum in Cœlesti Doctrina Concordia, & Evangelicæ Veritatis publica, unanimis & ardens confessio, multæ Biblorum Conciones præclare nos docent, & sanctorum Majorum exempla erudiunt, qvæ horum temporum status tristis ac periculosis nos religiose seclari hortatur & urget. Ut igitur noster quoque, qvi in hoc Mulhusensi territorio, Christi Servi & Ecclesiarum ejus Ministri vocati & constituti sumus, doctrinæ & animorum consensus fiat conspicitor, & inter nes concordia firmior & dulcior, hanc, pro ratione officii mei, viam proximam & medium haut in

inconveniens fore judicavi, ut vos Domini & in Christo fratres mei dilecti, qvi extra hanc urbem in pagis oves vestræ curæ commissas cœlesti pabulo pascitis, nobiscum etiam in nostris templis una atque altera concione, prout tempus & ordo tulerit, in doctrina consensum, nec non diligentia & profectus vestri in eruendis, explicandis & tradendis cœlestium Mysteriorum Doctrinis ac Consolationibus necessariis, specimen publice præbeatis. In hoc Deo & Ecclesiæ debita vos pietate gratificaturos, & qvod vestri est in Ministerio erga nos officii, libentes præstituros nihil dubito. Cum Ecclesiæ & familiis vestris in Christi gratia valete & crescete. Dabantur Mülhusii 28. Aprilis 1575.

**M. Sebast. Starck / Pastor
 & Superattendens.**

Ex hoc tempore, redeunte quovis triennio, Domini Pastores in pagis Christo servientes ad Conciones coram facie Ecclesiae Civicæ ascendere conserverunt.

Cum igitur jam temporis triennium rursus effluxerit, omnium Vestrūm, Domini Fratres in Christo honoratissimi, citra dubium erit sententia, consuetudini & ordinationi huic laudabili etiam hoc anno morem esse gerendum.

Textus proinde sacros, & qvidem præsenti anno pro more ex Veteri Testamento desumptos, in Circularibus Concionibus pertractandos, unā cum tempore, qvo singulis in ordine, quem ipsis ingressus in officium assignavit, in Aede S. Crucis verba erunt facienda, significare & denunciare volui.

Duos grandævos Dominos Seniores, qui laboribus suis sacris pene defuncti sunt, Dn. FRIEDERICUM Eisenhart dñ/Past. Germanarum, & Dn. ADAMUM Traband/ Past. Eigenriedeniem & Sambacensem, ingravescens & ægra senectus, qvæ tremulo incedit gradu, qvæqve per se morbus est, cum valetudine sape novercante, excusat & hoc labore eximet. Reliqvi igitur Domini Succedanei explicationi Prophetæ Malachiaæ manum mentemqve cum Deo admovebunt

ORDO CONCIONUM CIRCULARIUM
EX MALACHIA ANNO M.DCCVIII.
HABENDARUM.

1. Dn. Gottfried Förster Past. Bollst. ex C. i. v. i - 5. d. 7. Maii.
2. Dn. Johann Wilhelm Volland / Past. Horfm. ex C. i., v. 6 - 10. d. 8. Maii.
3. Dn. Andreas Schmidt / Past. Dachrid. ex C. i., v. 11 - 14. d. 10. Maii.
4. Dn. Joh. Georg Böckerdt / Past. Sollst. & Heigent. ex C. 2. v. i - 6. d. 11. Maii.
5. Dn. M. August. Schreiber / Past. Lengefeld. ex C. 2. v. 7 - 9. d. 21. Maii.
6. Dn. Andreas Stier / Past. Ammaranus ex C. 2. v. 10; 11, 12, d. 22. Maii.
7. Dn. Joh. Bernh. Frohne / Past. Felcht. & Æmelh. ex C. 2. v. 13 - 17. d. 24. Maii.
8. Dn. Christianus Haserodt / Past. Keisersh. & Reiser. ex C. 3. v. 5, 6. d. 25. Maii.
9. Dn. Georg. Andreas Starcke / Past. Höngedanus, ex C. 3. v. 7 - 12. d. 4. Junii.
10. Dn. Joh. Georg. Eicherdt / Past. Windeb. & Salfeld. ex C. 3. v. 13 - 18. d. 5. Junii.
11. Dn. Hier. Adolphus Helmstotf / Substit. Dörnens. & Hollembac. ex C. 4. v. 1 - 3. d. 7. Junii.
12. Dn. M. Paulus Adolphus Frohne / Past. Grabensis; ex C. 4. v. 4 - 6. d. 8. Junii.



II. Quod

II.

Quod Synodi nostræ simul cum secunda Reformatione Ecclesiæ nostræ sumserint initia ex Actis nostris Ministerialibus facile ostendi potest. In prima enim Epistola Synodali, quam B. M. Sebastian Starckius Superint. Anno 1576. d. 9. Maii scriptis, provocat ad morem a suis Antecessoribus in congregandis Synodis usitatum. Verba ejus inter alia sic sonant:

A temporibus Sanctorum Apostolorum vetus in Ecclesia Christi mos fuit, & Sanctorum quoque Patrum legibus receptus, ut præter publicas in Ecclesia docendi & Sacraamenta administrandi gratia congregationes, Ecclesiasticæ etiam personæ privatas Synodos coluerint. Cumque hunc morem a quibusdam hujus Ecclesiæ, felicis memoriae, Superintendentibus & Antecessoribus meis cum Ecclesiarum Mühlhusensis territorii Pastoribus servatum esse cognoverim, mei quoque officii esse intelligo, ut in omnibus, quæ ad doctrinæ puritatem inter nos conservandam, & veram fraternitatem alendam, præcipue sunt necessaria, quanta, Divina gratia adjutus, diligentia & vigilancia possum, vestigiis eorum insistam &c.

Fuerunt autem ejus in Ephoria Mühlhusina Antecessores:

I. B. M. Hieronymus Tilesius, qui Delitio Mühlhusium multis sollicitationibus vocatus Anno 1557. primus fuit constitutus perpetuus & Ordinarius Superintendentens & Pastor ad D. Blasii. Cui Functioni magna etiam cum laude præfuit usqve ad annum 1566. quo, postquam Ecclesiam Egranam in Bohemia permisli Nobiliss. Senatus nostri luce Evangelii collustraverat, Anabaptistas fortiter represserat, & Pontificiis tanto timori esse cœperat, ut ultimus ex Monachis Nudipedibus, P. Michaël Herwig/ maluerit, relicto Monasterio vacuo, aliorum migrare, quam in arenam Disputatoriam cum ipso descendere, Deo sic volente, d. 17. Sept. ætatis sue anno 37. peste fuit extinctus.

Chronicon Mühlhusinum Mscr. sequentia de Tilecio nostro memoriae prodidit Anno 1564. WARD M. Hieronymus Tilesius Superin-

perintendens gen Eger begehrt / das Pabstthum alda abzu schaffen / und die Lehre der Augspurgischen Confession anzurichten / kam Anno 1565. den 3. Martii wieder von Eger.

Anno 1565. den 18. Julii ward die Handlung in der Vogtey mit den Wiedertäuffern gehalten/ da der Chur und Fürsten Superintendenten und M. Hieronymus Tileius wegen E.E. Rahts darbey waren/ und hielt der Herr Tileius das Wort.

Anno 1566. am Tage Trium Regum ward die Kirche zum Parfüssern mit allen ihren præstigiis papisticis durch Vorschung des allmächtigen Gottes/ von den Messpriestern aus Furcht eines fürgeschlagenen Colloquii verlassen/ und dem Raht die Schlüssel überantwortet / und ist sie also durch diese Gelegenheit reformirt worden / zu dessen Gedächtnis wird Jährlich auf der heiligen drey Könige Tage gesungen Cecidit Babylon illa magna. Zu welchem gottseligen Werck M. Hieronymus Tileius als dero Zeit Superintendentens seliger / seinen Christlichen Eifer und Fleiß treflich hat schen lassen.

Anno 1566. den 22. Augusti hat E. E. Raht die Kirchen zu den Parfüssern öfnen/ und durch den Herrn Superintendenten M. Hieronymum Tileium auf ein neues zum rechten Gottesdienst weichen lassen/ und fürnemlich auf den Form/ welchen D. Martinus Lutherus seliger Gedächtnis zu seiner Zeit auch gehalten hat.

Anno 1566. den 17. Septembris starb der Ehrwürdige und wohlgelehrte Herr M. Hieronymus Tileius, an der Pestileng/ nicht ohne grosse Traurigkeit gemeiner Stadt/ seines Alters im 37. Jahr/ und sturben diese Zeit 1700. Menschen.

II. B. M. Sebastianus Boëtius, qui Halis Saxonum revocatus, mense Martio anno 1567. Ecclesiæ quidem præesse coepit, sed sub finem ejusdem anni altera vice Mülhusium reliquit & Halas reversus est.

III. D. Job. Stöffelius, qui a Professione Theologica & Ephoria Jenensi discedens, ad Ecclesiæ nostræ Inspectionem suscipiendum anno 1568 d. 13. Febr. huc venit. Is, cum anno 1569. Conciones catecheticas in templo Nudipedum singulis annis dupli vice

rei-

reiterandas instituisset, anno 1570. ab Electore Saxoniae hinc avocatus abiit, & Pirnensis Ecclesiæ factus est Superintendentens.

IV. M. Job. Petrejus, qui Zwickå vocatus Præsul Ecclesiæ nostræ esse coepit anno 1571. Sed anno 1574. d. 14. Decembris, per beatam mortem a DEO evocatus, stationi suæ laudabiliter administratæ præesse desiit.

Huic successit anno 1575. d. 27. Febr. antea laudatus Dn. M. Seb. Starckius, qui in Epistola Synodica superius allegata mentionem fecit quarundam Synodorum ab Antecessoribus suis celebratarum, hoc ipso ostendens, quod horum Conventuum apud nos non sit Autor, sed tantum continuator.

Id Qvod etiam testantur Acta Ministerialia, in qvibus Epistolam B. M. Johann Petreji invenio, in qua Parochos Ecclesiæ Molhusinæ ad Synodum convocavit. Hanc, qvia forte lectu non erit ingrata, integrum hic adscribam.

Pastoribus Ecclesiarum in Ephoria Mulhusina, Viris Venerandis & piis gratiam & pacem a Deo per Christum Dominum ac Servatorem nostrum precatur

M. Johannes Petrejus, Pastor & Superintendentens,

Venerandi Viri & Charissimi Fratres in Domino, S. Paulus, cum Timotheo præscribit varia præcepta, qvæ intueri ingubernatione Ecclesiarum debeat, dicit se ideo hoc facere, ut sciat, quomodo versari in domo Dei debeat, qvæ est Ecclesia Dei viventis. His verbis monet magna cura ac singulari diligentia opus esse iis, qui Ecclesiis præsunt, ut recte hoc expediant. Quam ad rem cum per multum momenti habeat, si intra se consilia conferant Pastores, ac alias alium moneat, hortetur, instruat, Nos imitantes exempla præcorum Ecclesiæ Procerum, qvi eam ob causam qyotannis Synodos Presbyterorum convocare soliti sunt, etiam celebrabimus Synodum ad diem sextum Aprilis, ad quam ut conveniatis cuncti in Parochia nostra mane circiter horam sextam, vos moneo atque hortor. Bene & feliciter valete &c. Datæ d. 18. Martii anno Domini 1573.

Ex hac Epistola constat, quod tempore B. Petreji mos convocandi Synodos apud nos viguerit. Et cum B. Starckius expresse asse-

7.23 Jun.

ab. 1524. Erbfehne jn Elbzygyn in vreden, jn Elbzygyn jn Elbzygyn, ab. 1560
ung. Falzschm. in Schmiede ab. 1560. vreden, ab. 1560. vreden in den Lüneburg
in Friedlönig bzg. ab. 1561. vreden in Lüneburg. ab. 1562. vreden in Lüneburg. ab. 1563.
vreden in Lüneburg. ab. 1564. vreden in Lüneburg. ab. 1565. vreden in Lüneburg. ab. 1566. vreden in Lüneburg. ab. 1567. vreden in Lüneburg. ab. 1568. vreden in Lüneburg. ab. 1569. vreden in Lüneburg. ab. 1570. vreden in Lüneburg. ab. 1571. vreden in Lüneburg. ab. 1572. vreden in Lüneburg. ab. 1573. vreden in Lüneburg. ab. 1574. vreden in Lüneburg. ab. 1575. vreden in Lüneburg. ab. 1576. vreden in Lüneburg. ab. 1577. vreden in Lüneburg. ab. 1578. vreden in Lüneburg. ab. 1579. vreden in Lüneburg. ab. 1580. vreden in Lüneburg. ab. 1581. vreden in Lüneburg. ab. 1582. vreden in Lüneburg. ab. 1583. vreden in Lüneburg. ab. 1584. vreden in Lüneburg. ab. 1585. vreden in Lüneburg. ab. 1586. vreden in Lüneburg. ab. 1587. vreden in Lüneburg. ab. 1588. vreden in Lüneburg. ab. 1589. vreden in Lüneburg. ab. 1590. vreden in Lüneburg. ab. 1591. vreden in Lüneburg. ab. 1592. vreden in Lüneburg. ab. 1593. vreden in Lüneburg. ab. 1594. vreden in Lüneburg. ab. 1595. vreden in Lüneburg. ab. 1596. vreden in Lüneburg. ab. 1597. vreden in Lüneburg. ab. 1598. vreden in Lüneburg. ab. 1599. vreden in Lüneburg. ab. 1600. vreden in Lüneburg. ab. 1601. vreden in Lüneburg. ab. 1602. vreden in Lüneburg. ab. 1603. vreden in Lüneburg. ab. 1604. vreden in Lüneburg. ab. 1605. vreden in Lüneburg. ab. 1606. vreden in Lüneburg. ab. 1607. vreden in Lüneburg. ab. 1608. vreden in Lüneburg. ab. 1609. vreden in Lüneburg. ab. 1610. vreden in Lüneburg. ab. 1611. vreden in Lüneburg. ab. 1612. vreden in Lüneburg. ab. 1613. vreden in Lüneburg. ab. 1614. vreden in Lüneburg. ab. 1615. vreden in Lüneburg. ab. 1616. vreden in Lüneburg. ab. 1617. vreden in Lüneburg. ab. 1618. vreden in Lüneburg. ab. 1619. vreden in Lüneburg. ab. 1620. vreden in Lüneburg. ab. 1621. vreden in Lüneburg. ab. 1622. vreden in Lüneburg. ab. 1623. vreden in Lüneburg. ab. 1624. vreden in Lüneburg. ab. 1625. vreden in Lüneburg. ab. 1626. vreden in Lüneburg. ab. 1627. vreden in Lüneburg. ab. 1628. vreden in Lüneburg. ab. 1629. vreden in Lüneburg. ab. 1630. vreden in Lüneburg. ab. 1631. vreden in Lüneburg. ab. 1632. vreden in Lüneburg. ab. 1633. vreden in Lüneburg. ab. 1634. vreden in Lüneburg. ab. 1635. vreden in Lüneburg. ab. 1636. vreden in Lüneburg. ab. 1637. vreden in Lüneburg. ab. 1638. vreden in Lüneburg. ab. 1639. vreden in Lüneburg. ab. 1640. vreden in Lüneburg. ab. 1641. vreden in Lüneburg. ab. 1642. vreden in Lüneburg. ab. 1643. vreden in Lüneburg. ab. 1644. vreden in Lüneburg. ab. 1645. vreden in Lüneburg. ab. 1646. vreden in Lüneburg. ab. 1647. vreden in Lüneburg. ab. 1648. vreden in Lüneburg. ab. 1649. vreden in Lüneburg. ab. 1650. vreden in Lüneburg. ab. 1651. vreden in Lüneburg. ab. 1652. vreden in Lüneburg. ab. 1653. vreden in Lüneburg. ab. 1654. vreden in Lüneburg. ab. 1655. vreden in Lüneburg. ab. 1656. vreden in Lüneburg. ab. 1657. vreden in Lüneburg. ab. 1658. vreden in Lüneburg. ab. 1659. vreden in Lüneburg. ab. 1660. vreden in Lüneburg. ab. 1661. vreden in Lüneburg. ab. 1662. vreden in Lüneburg. ab. 1663. vreden in Lüneburg. ab. 1664. vreden in Lüneburg. ab. 1665. vreden in Lüneburg. ab. 1666. vreden in Lüneburg. ab. 1667. vreden in Lüneburg. ab. 1668. vreden in Lüneburg. ab. 1669. vreden in Lüneburg. ab. 1670. vreden in Lüneburg. ab. 1671. vreden in Lüneburg. ab. 1672. vreden in Lüneburg. ab. 1673. vreden in Lüneburg. ab. 1674. vreden in Lüneburg. ab. 1675. vreden in Lüneburg. ab. 1676. vreden in Lüneburg. ab. 1677. vreden in Lüneburg. ab. 1678. vreden in Lüneburg. ab. 1679. vreden in Lüneburg. ab. 1680. vreden in Lüneburg. ab. 1681. vreden in Lüneburg. ab. 1682. vreden in Lüneburg. ab. 1683. vreden in Lüneburg. ab. 1684. vreden in Lüneburg. ab. 1685. vreden in Lüneburg. ab. 1686. vreden in Lüneburg. ab. 1687. vreden in Lüneburg. ab. 1688. vreden in Lüneburg. ab. 1689. vreden in Lüneburg. ab. 1690. vreden in Lüneburg. ab. 1691. vreden in Lüneburg. ab. 1692. vreden in Lüneburg. ab. 1693. vreden in Lüneburg. ab. 1694. vreden in Lüneburg. ab. 1695. vreden in Lüneburg. ab. 1696. vreden in Lüneburg. ab. 1697. vreden in Lüneburg. ab. 1698. vreden in Lüneburg. ab. 1699. vreden in Lüneburg. ab. 1700. vreden in Lüneburg.

*libri ex parte sacerdotum hoc
Rabbi*

anno 1558 p. 14.

asserat non solum ab hoc suo immediato Antecessore, sed præterea ab aliquibus suis Antecessoribus hoc fuisse factum, ideo non dubito ipsum B. Tilesum Synodorum Ministerialium primum apud nos extirisse Autorem, licet Acta Ministerialia plane de hac retaceant. Nihil enim de Tileso, nihil de Boëtio, nihil de Stösselio in illis reperitur.

Post secundam igitur Reformationem Ecclesiae Mülhusinæ etiam Synodos nostras haberi coepisse ex dictis satis planum esse arbitror. Contigit autem ea anno 1557. de qua in Chronico Mülhusino manuscripto sequentia sunt consignata.

Anno 1557. restaurata est Doctrina Evangelica Mülhusii Thurin-gorum. Dominicæ Trinitatis Dn. Heinricus Salmuth Lic. & Prof. Publ. Academiæ Lipsiensis in Aede S. Blasii concionatus est, & postea aliquot conciones ad populum de vera religione habuit, donec Reverendus Vir, pietate & Doctrina singulari præstans, Dn. M. Hieronymus Tilesius vocatus Evangelium Filii Dei in hac urbe vetusta opulen-ter & summo cum applausu tradidit. Ibidem. Auf den Sonni Tag nach Pfingsten ward die Kirche S. Blasii den Evangelischen wieder eingeräumet. Da predigte der Lic. Heinrich Salmuth das erste mal/ den unterhielt der Rath in Johann Gronnebergs Hause etliche Wochen/bis der Predigstuhl mit M. Hieronymo. Tilegio bestellet worden. Die andern Kirchen waren noch Papistisch/ aber das mehre Theil der Rähte und Bürger hielten sich zum Evangelio/ darum musste der Rath ohne der Obersten Willen etwas thun/ da ward die Schuhl auch Refor-miret. Das gefiel etlichen grossen Herren nicht/ aber Gott gab Gnade.

Ibidem. Anno 1558. d. 12 Junii. predigte Herr M. Tilesius das erstemahl in der Kirchen B. Mariae Virg. mit grossem Frolocken der Evangelischen/ und Trauren der Papisten. Es war eben das Evangelium vom Reichen Mann und armen Lazarus. Es ist darauf eine grosse Mutation in der Kirchen worden.

Corrigenda v. enfr. M. Johann Heller wurde Diaconus zu S. Blasii. Herr Heinrich von
p. 20.

von Eschwege und M. Jodocus Wimar wurden zu Predtgern berufen nach S. Marien.

Et haec Religionis Evangelicæ restauratio per Dei gratiam tan-ta summis incrementa, ut paulo post in omnibus templis cultus Dei Evangelicus fuerit receptus, & ad hunc usque diem publicum Religionis Evangelicæ exercitium, Deo sit laus, unice apud nos vigeat.

Quia autem Reformationis secundæ seu posterioris aliquoties facta fuit mentio, idcirco majoris lucis gratia prior etiam Reformatio Ec-clesiae nostræ paucis est tangenda. Incidit illa in annum Christi 1542. sed non diu duravit, de qua Chronicon Mülhusinum Mscr. sequentia narrat.

Anno 1542. d. 14. September hat Justus Menius, von Wittenberg hieher geschickt/ das Evangelium zu Mülhausen gepredigt in unser Frauen Kirchen/ und bald darauf ist eine Evangelische Schule angerichtet und M. Hieronymus Wolfius von Dettingen aus Bayerland (der hernach mit grossem Ruhm zu Augsburg gelehret hat) der erste Rector gewesen. diese Zeile hat man auch also bald die beiden Kirchen S. Blasii und Marien mit Prædicanten versehen und haben neben Justo Menio am Evangelio zu arbeiten angefangen Herr Severinus, Herr Heinrich Schell/ und Herr Brombach.

Anno 1544. uf Maria Magdalena wurde Herr Sebastianus Boëtius von Halle zu einem Pfarrherrn anhero verordnet/ welcher an statt Justi Menii, der wieder nach Wittenberg gange war / das Evangelium ferner treiben sollte.

Sed subitanea facta est mutatio, cum Johannes Friedericus Saxoniæ Elector, qui hactenus Reformationis Mülhusinæ fuerat fulcrum, ab Imperatore Carolo V. apud Mühlberg anno 1547. d. 24. Aprilis vinceretur & caperetur. Tunc enim Libertas Reipubl. Mulhu-sinæ ex jugo Saxonico per Restitutionem Cesaream plene fuit eluctata, sed Religio Evangelica passa fuit ruinam. De his Chronicon Mscr. ita.

Anno 1547. uf Bartholomai ist Herr Sebastianus Boëtius samt den andern Evangelischen Predigern beurlaubet wor-den. Auch wurde M. Hieronymus Wolfius, mit menschlichem Schaden der Jugend/ wieder abgesoffet.

loc

Ans

anno 1548. den 25. Iulii wurde das Interim von Romischer Keysrlicher Majestät gen Mühlhausen gesandt / da es auch angenommen worden. Sed hæc in transitu.

Ad rem meumque propositum ut revertar, ex dictis hoc assero & assevero : Cum mos congregandi Synodos in Ecclesia Mülhusina extat centum & quinquaginta annorum attigerit, ideo etiam nos mori huic paretusto, & simul salutari & laudabili jure meritoque obsequimur.

Quem in finem aliquot Quæstiones Theologicas, hoc anno in conuentu nostro Synodico ventilandas conscripsi. Agunt illæ de JURAMENTO, quod inter Vincula Moralia præcipuum est, quodque non minus obligat quam VOTUM, de quo Morali vinculo præterito anno in Synodo nostra fuit actum. Pro more autem brevem delineationem Doctrinæ de JURAMENTO Quæstionibus præmittam, unde hæc lucem mutuari poterunt.

1. Causa efficiens juramenti, seu Subjectum jurans est persona ad jurandum habilis.

Qualis est (1) ipse DEUS, qui aliquoties in scriptura jurasse legitur, jam per semetipsum Gen. 22, 16. jam per animam suam Amos 6, 8. jam per Sanctitatem suam Ps. 98, 36. jam in nomine suo magno Jerem. 44, 26. Quod juramentum nihil aliud est quam asseveratio assertionum & promissionum a Deo factarum sub dato pignore fidelitatis, veritatis, bonitatis, omnipotentiae & aliorum ejus attributorum, sicut August. docet L. 14. de C. D. Cap. 32. Quid est Dei Veri Veracisqve juratio nisi promissi confirmatio, & infidelium quædam increpatio? Vid. Durrii Theol. moralis Cap. 2. P. 2. §. 1.

2. Sanctus Dei Angelus Apoc. 10, 6. Dæmones in Scripturis nunquam leguntur jurasse, cum juramentum sit pars Cultus Divini & actus religionis, ipsis autem a Dei cultu prorsus abhorreant.

3. Homo ius mitionis pollens, qui probe ponderare potest quæ ad juramentum sunt necessaria. Excluduntur ergo a juramentis pueri, obfessi, furiosi, in delirio constituti & similes.

Habilitas persona jurantis præter usum rationis exigit [a] potestatem naturæ & juris. Arcentur proinde, quos leges jurare prohibent ut sunt Minorennes, aliorum potestati subjecti, Legati septa mandati transilientes, fatui &c. (b) Scientiam intellectus. Qui enim sine intellectu rei jura tæ, aut per verba non intellecta v. g. Gallica aut Latina, jurat, plane non jurasse censendus est. (c) deliberatum animi propositum, ut jurans pro be

be ponderet omnes juramenti circumstantias. Consilium, prudensque animi sententia jurat, & nisi judicii vincula nulla valent. Ovid. Hisce opponitur partim ignorantia partim inconsideratio Levit. 5, 4. partim Dolus, qui si causam actui dederit, ut jurans non jurasset, nisi fraus intervenisset, scientiam oppugnat. Danh. Coll. Decal. Diff. 7. §. 5. Si quis dolo juramentum ab altero eliciat, & res sit possibilis & licita, jurans tenetur servare promissa, sicut Joshua a Gibeonitis dolo deceptus, postea detecto dolo servavit juramentum, addita ratione, quia juraverit per nomen Dei, quod per violationem juramenti non sit profanandum Jos. 9, 18, 19. Vid. Beckm. Annot. in Th. Mor. Ol. p. 209.

(d) Voluntatis Libertatem & jurandi intentionem. Juramentum enim est actio moralis, quæ debet esse libera & proæretica.

Hic queritur, num quis possit habere voluntatem jurandi ita ut non habeat intentionem per juramentum se obligandi & rem juratam impleendi, & per hoc sit sine obligatione? Reb. Danh. l. c. 504. Durr. l. c. p. 96. & Beckm. l. c. p. 203. negative, ex his rationibus, (1) quia obligatio est effectus juramenti necessarius & inseparabilis, quem jurantis perversa intentione impedit nequivit. (2) Quia jurans sine intentione se obligandi profanat nomen Dei, quem ut testem & vindicem invocat.

Queritur porro, an Juramentum vi metu coactum, si sit de re possibili & licita, sit validum & obliget? Ad hoc Zürnua vexatissimum respondet Thomas de Aqu. in Summa Theol. Secunda secundum qv. 99, art. 7. Qui coacte aliquid promittit homini & jurat, cessat quidem obligatio homini coacte facta, sed juramentum obligat, quia magis debet damnum sustinere, quam juramentum violare. Danh. l. c. p. 504, 505. mentem suam sic explicat: Juramentum per metum & vim extortum valet, quia juramentum juxta Ps. 15, 4. obligat etiam ad affligendum se & cum suo damno conjunctum, idque (1) in honorem Numinis, quavis rerum nostrorum jacturâ redimendum. (2) Quia ejusmodi promissio est actus liberimus, tantoque liberius, quanto electio est periculosior. Durrii l. c. p. 97. ita rem hanc expedit: Non tam promissio cogenti facta, quam juramentum Deo presulatum servandum est ob hujus reverentiam, docente etiam ita S. Augustino Epist. 204-5. Quod autem malum hic intervenit, illud est triste, adeoque cum turpi, quod est violatio pacti, quantumvis injusti, cum attestacione tamen Divinæ veritatis initi, nullo prorsus modo commutandum, praesertim cum per tale juramentum, etsi iniuste extortum, vita utcunqve servetur. Beckmanni decisio hec est l. c. p. 204. Actus jurandi coactus spectat ad actiones mixtas, quæ absolute loquendo sunt voluntarie. Cum quis ergo præstat tale juramentum, utique habet animum jurandi, & Deum invocat ut testem & vin-

12.
le. b.
h. l.

Dicem, servandum ergo est juramentum, ne nomen Divinum profanetur,

II. Materia circa quam seu objectum juramenti est triplex:

(a) **Objectum per quod juratur**, quod directe est solus verus Deus, cuius infallibile testimonium & vindicta iustitia in juramento exposcitur. *Jerem. 4, 2. C. 5, 7.* Quando ergo jurat quis per idolum aut creaturam, juramentum quidem in se & sua natura verum non est, obligat tamen jurantem, qui conscientia erronea laborans existimat se jurare per verum Deum, aut se jurare licite & valide. *August. Ep. 254.* Non audit te lapis loquente, sed punit Deus fallentem. Qvanqyam juramenta per creaturas formaliter sint illicita, obligant tamen finaliter, quia in Deum ex intentione servuntur *Danh. I. c. p. 502, 507. Bechm. I. c. p. 200.*

(b) **Objectum de quo juratur**, quod debet esse (1) res licita & honesta, quae nec naturali, nec divina, nec iusta lege humana est prohibita. Juramentum igitur promissorum de re illicita praestitum non obligat. Bis enim peccat, qui juramentum in malis servat (a) nomen Dei in vanum assumendo (b) opus impium perficiendo *Bechm. I. c. p. 208.* Recte ergo fecit David juramentum non exsequendo *I. Sam. 25.* Male vero Herodes juramentum suum adimplendo. *Math. 14.* (2) **Res maius bonum non impediens**. Hinc si quis coactus latroni non solum ceream pecuniam summam, sed etiam silentium juramento promiserit, quoad posterius non obligatur, quia tale silentium impedit maius bonum morale, quod est charitas in proximum, quae exigit alios moneri, ne in eadem pericula incident, & simul iustitia, quae postulat ejusmodi nebulones manifestari & coegeri. *Danh. I. c. p. 505.* (3) **Res gravis & magni momenti**, E. de rebus levibus & prorsus indifferentibus, nec in Dei honorem, nec in utilitatem proximi cedentibus, non debent concipi juramenta, ne Dei autoritas in re levia citra necessitatem adhibeat, & sic nomen ejus vilipendatur. *Durr. I. c. p. 100.* (4) **Res impossibilis**, cum physice, tum moraliter. Ad impossibile enim nemo obligatur. Et qui juramento promittit ea, quae non sunt in sua potestate, is indiscrete & sine mentis iudicio jurat, & nomen Dei in vanum adhibet. *Danh. I. c. 510. Durr. I. c. p. 100. Bech. 208.* (5) **Res necessaria**, cum nulla alia veri indago, & nervus pacis tuenda occurrit. Pax enim publica & privata, litium refrenatrix, finis est juramenti *Ex 22, 11. Heb. 6, 16.*

(c) **Objectum cui juratur**, quod in eum duplex est. Est enim tale (1) vel, *ratione promissionis*, is sc. cui primario fit jurata promissio, jurante major, Deus nempe *Heb. 6, 16.* omne enim juramentum hunc involvit sensum, Ego jurato polliceor Deo, me hoc vel illud daturum aut facturum esse. Deus enim juramenti non solum terminus, sed etiam testis & judex est. Vel (2) *ratione complementi*, is cui exhibetur res promissa, quia non est (a) *Diabolus*, cui

13.

cui quicquid jurando promittitur, irritum est. Nullius enim ut commercii, ita nec juramenti capax est, cuius proprium in quarto modo est mendacium. Qvis autem obligatur ei, quem constat non posse non mentiri, non fidem frangere? Sed est (b) *Homo*, qui re promissa fruitur, estque vel persona publica, ipse *Judex. Ex. 22, 11.* vel privata *Ruth. 3, 13. I. Sam. 20, 3.* Etiam *Hæreticus*, præcipue *XII. doct. et. 1. 11.* item latro, ad juramentum cogens, cui fides juramento data, ceteris paribus, est servanda. Etsi enim cogenti ad juramentum jus deficiat, DEO tamen terminative juratur. *Danh. I. c. p. 505, 506, 509. Ab Homine cui juntur, dependent duo*

(1) *acceptatio juramenti*, absque quas si fuerit, tam promissio facta non est, quam esse non potest emotio sine venditione. *Hugo Grotius L. 2. de J. B. & P. G. II. n. 15, 16.*

(2) *acceptio & intellectio Verborum*, quibus juratur. *Isidorus L. 2. de Sum. Bono. C. 31.*

Quacunqve arte verborum quis juret, Deus tamen, qui conscientia testis est, ita hoc accipit, sicut ille, cui juratur, intelligit.

III. Forma juramenti est vel Interna, vel Externa.

(1) **Formam juramenti Internam** constituit *Spiritus S. Jerem. 4, 2.* In veritate, iudicio & iustitia. (a) **Veritas**, cum rei, tum mentis certa & indubia, quae efficit, ut quis juret, sicut animo cogitat, & de re persuasum sibi habet, & damnat juramenta falsa, & qvivocationes, asympnoniam cordis & oris. (b) **Judicium** i. e. prudentia, quae considerat rem, de qua juratur, ejusque circumstantias, quando, ubi & coram quo juretur, nec non juramenti naturam ejusque finem, & expedit, at necesse sit rem juramento confirmare, ne juremus leviter, intelligit etiam verba juxta sensum eorum connativum, primorem & simplicem &c. (c) **Iustitia**, quae exigit, ut juretur de licitis, quae pietati & charitati non adversantur, & ex iustis causis, ad gloriam Dei ad promotionem cultus Divini, ad confirmationem doctrinæ ecclesiæ, ad proximi vitam, famam & bona tuenda, ad foedus pacium & contractum iustum roborandum, ad suam vitam, famam & bona conservandas, ad fidem & veritatem suam in pacis ratam faciendam, & ad mandatum Magistratus juramentum postulantis. *Danh. I. c. 512. Berkinius in Casib. Conf. P. 2. p. 354-5-6.*

(2) **Forma Externa** consistit (1) in asseveratione veritatis (2) in confessione, quia Deum scrutat rem cordium, testem, judicem atque vindicem perjurii agnoscimus, (3) in invocatione Dei, & postulatione testimonii Divini, quod fallere nescit, (4) in execratione & imprecatione, quia jurans se ad poenam obligat, si sciens volensque perjureretur. (5) variis ceremoniis v. g. sublatione manuum ad ecclsum *Gen. 14, 22.* elevatione duorum aut trium digitorum &c. (6) in formulis & concebris verbis jurandi, quae apud varias gentes variantur: *Berkins. I. c. p. 351. Danh. I. c. p. 513. Bechm. I. c. p. 199.* B. Lutherus breviter formam juramenti sic expone in *Gen. c. 24. Semper, quando juramus, duo complectimur, implorationem auxilii & defensionis Divine, & imprecationem pœne, quasi dicas: Itame Deus adjuges aut puniat fallentem, si servo jus jurandum, si mibi propitius, si fallo, puniar.*

JO(3)

IV. Fi-

IV. Finis iuramenti ejusque effetus est (1) gloria Dei omnisci, omnipresentis, omnipotentis & veracis Testis, Judicis & Vindicis (2) pax privata & publica litium refrenatrix (3) humanæ diffidentiæ remedium (4) Veritatis occultæ confirmationis (5) rei præstandæ obligatio &c. *Danh. l. c. p. 514.*

V. Definitio Juramenti humani in genere hæc est. Est confirmatio assertiōnum aut promissiōnum nostrarū, qua Deus invocatur, velit esse testis & defensor veritatis, ac vindicta mendaciæ & perjurii, ut omne dubium tollatur ex animis eorum, quibuscum nobis res est, & ut controversia fiat finis. *Heb. 6, 16.*

VI. Species iuramenti sunt. (1) Juramentum est vel Religiosum vel temerarium. Religiosum juramentum est confirmatio necessaria enuntiatorum aut promissorum nostrorum cum veri Numinis conscientiosa appellatione, facta in veritate, prudentia & justitia. *Jerem. 4, 2.*

Juramentum temerarium vid. in Theol. mea Def. n. 1206.

(2) Juramentum est vel Asseritorum ib. Def. 1203, vel Promissorium ib. Def. 1202.

(3) Juramentum est vel publicum ib. Def. 1200, vel privatum Def. 1201.

(4) Juramentum est vel simplex, quod continet nudam Dei contestationem sine execratione expressâ v. g. Deus scit, Deus testis est: Vel Executorium, quo quipiam semetipsum, vel aliquid ad se pertinens Divino judicio offert, & obligat ad penam, si fallat, & hoc sit mentione creaturarum sine peccato, quando quis rem sibi charissimam devovet & quasi oppignerat, ut proximus certus sit, ipsum in propriam perniciem fallere, nolle. *Pf. 7, 6.* quale est illud in Scriptura tritum. Hæc aut illa mihi faciat Deus &c. per salutem, per animam, per caput meum &c. *Danh. l. c. p. 498. 508.*

[5] Juramentum est vel pium, idem quod religiosum, vel impium Def. 1209.

(6) Juramentum est vel *verax*, quod omni caret fraude, vel *Doloſum*, idque rursum est vel [a] passive tale, quando ab alio juramentum dolo elicetur, quod, si res licita & possibilis est, obligat, *Josue 9*, vel [b] active tale, quando jurans eum, cui jurat, vel ambiguitate vocum, vel reservationibus mentalibus decipere tentat, & tali juramento obligatur jurans ad mentem ejus, qui illud legitime requisivit, & prout intelligitur ab illo juxta verba exterius prolatæ. *Bccbm. l. c. p. 209.*

[7] Juramentum est vel *rectum*, quod sit in nomine solius Dei veri, vel *Idiotarricum*. Def. 1208.

VI. Cognata iuramenti sunt Adjunctio Def. 1205. & Obtestatio s. Afferentio Def. 1204.

VII. Oppositorum iuramenti est perijurium Def. 1207.

Sed hæc sciographice sic delineasse in præsenti sufficiat, progredior ad ipsa *Zyriphaea Synodica*, de JURAMENTIS concepta & sorte distributa, quæ in proxima synodo die 17. Julii, Bono cum DEO, ventilanda Honoratissimis Dnn. Symmystis transmitto, cum adjecto voto, ut Deus suo Spiritus S. Nobis omnib⁹ adsit

15.

ad sit, roburque & vires animis atque corporibus gratijs largiatur, qvō qvilibet nostrum, qvæ ipsi peragenda sunt, rite & bene in timore Domini peragere possit.

Scrib. Mülhusi anno 1708. d. 13. Aprilie.

QVÆSTIONES SYNODEALES Anno 1708.

- Qv. 1. An Christus Matth. 5, 34, 35, 36, 37, ejusque Apostolus Jacobus C. 5, 12. Christianis juramenta simpliciter prohibuerit? *Reſp. Superintendens.*
- Qv. 2. Quidam sint hostes juramentorum, & qvibus armis vincantur? *Reſp. Dn. D. Georg Christian Elßmar/ Past. B. M. V.*
- Qv. 3. Quid Jeremias C. 4, 2. requirat ad juramentum legitimum? *Reſp. Dn. Andreas Stier/ Past. Ammaranus.*
- Qv. 4. An Juramentum vulgare, & in communi hominum conversatione licentiose jactatum sit malum adeoque prohibitum? *Reſp. Dn. Job. Georg, Schwardt/ Past. Windebergensis & Salefeldensis.*
- Qv. 5. An Juramentum solenne sit opus moraliter bonum Deoque gratum? *Reſp. Dn. Hieronymus Adolph. Helinstorff/ Subst. Dörnens. & Hollembach.*
- Qv. 6. An ab idololatra juramentum licite exigi possit? *Reſp. Dn. M. Paul Adolph. Frohne/ Past. utriusque Graba.*
- Qv. 7. An perjurii suspectus ad juramentum admitti debeat? *Reſp. Dn. Andr. Schmid/ Past. Dachried.*
- Qv. 8. An juramentum vi metuē extortum valeat & qvousque? item an jurata promissio silentii obliget? Et quid Magistratui, si resciscat, in cumbat? *Reſp. Dn. Benjam. Eisenhardt/ Past. ad S. Nic. & Petri.*
- Qv. 9. An juramentum, ad quod quis astu & dolo malo adducitur, conscientiam obliget? *Reſp. Dn. Job. Bernh. Frohne/ Past. Felchtensis & Ämelbusianus.*
- Qv. 10. An in juramentis locum habere possint æquivocationes, amphiboliæ aut reservations mentales? *Reſp. Dn. Georg Andreas Starcke/ Past. Höngedanus.*
- Qv. 11. Quid judicandum de juramento facto? *Reſp. Dn. Friedric. Eiffenb. hüt Dt/ Past. Germeranus.*
- Qv. 12. An juramentum Diabolo præstitum obliget? *Reſp. Dn. Christian Häserodt/ Past. Keifersbagensis & Reisenensis.*
- Qv. 13. An juramentum per creaturas cum relatione tamen ad Deum sit licitum,

tum, item per falsos Deos an obliget? *Resp. Dn. Christopher John/ Dico.
D. Blasii.*

Qv. 14. An in Juramento execratorio mentio fieri possit creaturarum?
Resp. Dn. Johann Wilhelm Vollandt/ Past. Herzmariensis.

Qv. 15. An juramentum de re injusta & illicita obliget? *Resp. Dn. M. Christian Scribonius, Diac. B. Mar. Virg.*

Qv. 16. An semper præstandum, quod quis juramento promisit? *Resp.
Dn. M. Augustus Schreiber/ Past. Lengefeldensis.*

Qv. 17. Quomodo obligatio juramenti promissorii tolli possit? Num etiam extrinsece per Papam? item intrinsece per sensum detrimenti ex re promissa? *Resp. Dn. Adam Erbundt/ Past. Eigenridensis & Sambacensis.*

Qv. 18. Quid sentiendum sit de juramento Josephi Gen. 42, 15.? *Resp.
Dn. Tob. Gottfried Backmesser/ Past. DD. Georgi & Martini.*

Qv. 19. Quid judicandum de juramento Gibeonitis præstito Jos. 9, 6.? *Resp. Dn. Johann Georg Bockeroth/ Past. Sellstettensis & Heigenrodenensis.*

Qv. 20. Quid statuendum de juramento Davidis Simei præstito 1. Sam. 19, 23. si conferatur cum ejus mandato ad Salomonem 1. Reg. 2, 9.? *Resp.
Dn. Gottfried Förster/ Past. Boll bettenensis.*

III.

ORDO DIERUM POENITENTIALIUM.

Dies Primus Poenit. auf den stillen Frey. Tag. Textus Passionales,

Dies Secundus Poenit. d. 10. Julii. Textus^s Matutinus Heb. 12, 1, 2, 3, 4, 5.
pomeridianus Heb. 12. v. 6 - 11.

Dies Tertius Poenit. d. 11. Sept. Textus^s mat. Heb. 12. v. 12 - 17.

Dies Quartus Poenit. d. 30. Nov. Textus^s pom. Heb. 12. v. 18 - 24.

Dies Quintus Poenit. d. 1. Dec. Textus^s mat. Hebr. 12. v. 25, 26, 27.

Dies Sextus Poenit. d. 2. Dec. Textus^s pom. Hebr. 12. v. 28, 29.

Summa Deo Soli gloria, laus & honor.

F I N I S.